



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||**

**Grégoire, Pierre**

**[Frankfurt], 1595**

**VD16 G 2996**

20 De precibus ecclesiasticis & horis canonicis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63677)



DE PRECIBVS ECCLE- A  
SIATICIS, ATQVE DE  
Horis Canonis.

a TIT. XX.

a Habetur lib. 3. Decretalium, titulo 41. de celebratone Missarum, & sacramento Eucharistia, & de diuinis officiis, & in Clement. lib. 3. tit. 14. & in can. sancta Romana, §. ceterorum, 13. dist. & de Consecrat. distinct. 2.

CAPVT I.

I Oratio quid.

**I** QVAMUIS orationis non minus, quam sermonis & loquelæ nomen, late pateat, tamen hic de sacris supplicationibus & precibus loquuntur, in gratiam tyronum per formulam descriptionis vtentur communifinitione. Et erit oratio pius animi affectus, omnino in Deum tendens, a sacrificium laudis, fructus laborum. b Latius oratio religiosa, c est sermo intrinsecus d vel extrinsecus, e Deo vel sanctis directus, aliquid proponens vel postulans. f.

SCHOLIA.

a Colligitur ex can. quando autem facimus, septuagesimo, de consecrat. distinct. 1.

b Clement. 2. nic. de celebrat. Missarum.

c Adieci in hac nona mea finitione consulto verbum RELIGIOSA, vt docerem nos hic agere de oratione, prout restringitur ad sacras preces; alioquin enim oratio rebus aliis omnib. conueniret, de quibus sermo haberi posset, vt Rhetoribus, Dialecticis, & Grammaticis, & aliis. Oratio, quasi oris ratio, quod ore pronuntiatur; proprie cum sono & voce articulata. Siquidem hac est via ad orationem, vt primum sonus generalissimum genus sit, postea sonus in animatarum rerum & animatarum sit. In animatarum vt ictus, aeris repercussio, echo: Animatarum vt vox eorum animalium tantum, que sanguinem habent. Rursum vox alia articulata, alia non: Inarticulata in his, que non loquuntur, vt

mutus in boue, & rugitus leonis, &c. Articulata in homine: in articulatione, cuius hoc est in distinctione, veluti per articulos distinctos, sunt litera, ex literis syllaba, ex syllabis dictiones, ex dictionibus oratio, que est idonea conceptus animi representatio, ideo mentis est imago sine in bene, sine in male dielis. Religio proprie de his, que ad Deum pertinent, l. 2. de Iust. & Iur. P. vel de his que ad cultum Dei faciunt. Religione enim cultus pius Dei continetur, teste etiam Cicerone, primo de Natura Deorum.

d Quod pronuntiatur, est in cogitatione sine voce, collocutio interior, qua secum animus noster colloquitur, cum vero per os emittitur, & effluit, est oratio, secundum Plato in Sophista. Sic apud Basilium Magnum ad cap. 1. D. Ioannis, docetur duos esse modos loquendi, & verbi duplicem esse sensum. Vno modo per vocem prolatam, qua aerem verberat, & statim perit. Alio modo prout verbum intra nos est possum, & nostris est cognitum cordibus: verbo etiam intrinseco seu formula propria sine voce sibi Angeli mentem declarat, qua forma, & lingua dicitur in sacris literis Angelorum. Silinguis, inquit, Dicitur Paulus, Angelorum loquar, &c. Vide qua diximus in tomo 4. Commentariorum artis mirabilis, parte prima, lib. de Angelis, cap. 10.

e Per orationes verbo expositas, vt 1. ad Corinth. c. 14. vers. 12. Et ideo qui loquitur lingua, oret, vt interpretetur. & Psalm. 3. Voce mea ad Dominum clamaui, & exaudiuit me: & Ecclesiast. 21. De precatio pauperis, ex ore vsque ad aures eius perueniet, &c. Homo cum constet anima & corpore, obsequium sua seruauit integrum prestare videtur Deo, cum & ore, corpore, & mente orat. Sicut & Dicitur Paulus, dicebat, Orabo spiritu & mente. 1. ad Corinth. 4.

f Oratio fundi ad Deum, & ad sanctos viuentes, & ex hac vita sublato, potest, sed diuersa



*diuerso modo: nam Deus precibus exoratur tanquam qui per se ipsum quae petimus possit. Oramus sanctos, ut pro nobis a Deo impetrent, cap. cum Martha, 6. §. tertio loco, de celebrat. Missa. Sic enim orationes sanctorum Deo presentantur. Apocal. cap. 8. Deo dicimus, miserere vel da nobis: Sanctis, orate pro uobis. Et Deus in sanctis suis honoratur, tractat fuisse de Venerat. Sanct. Catarinus, lib. 2. de certa sanctorum gloria. Iodocus Clitovius, lib. 1. de Adorant Sanctorum, facit Job, c. 5. Ibi, Ad aliquem Sanctorum conuertere, & c. fin. eod.*

## CAPVT II.

*1 Distributio orationis in publicas & priuatas, & de singulis. De horis canonicis, Missa.*

*1 Orationum alia publicae, alia priuatae: Illa in publico & a pluribus: Ista in priuato, vel in publico seorsum, seu separatim a singulis. a Publicarum orationum dua species: Quaedam enim sine sacrificio Eucharistiae: Quaedam cum illo fiunt. Illae horae seu preces canonicae, seu supplicationes publicae: Ista, nomine Missae continentur. b De Missa quaedam antea diximus, c & postea etiam de proprio titulo dicemus, De iuuant, proximo. Canonicae d preces dicuntur, quae regulariter certis horis distinctis, dicendae sunt, in Ecclesia quotidie, a certis personis, quibus hoc munus & officium impositum est, ex lege Summi Pontificis, facta electione aliquorum Hymnorum, Psalmorum, Orationum, & Lctionum quotidianarum. e Sic preces illae nomine horarum, quibus dici debent, nominantur, Matutinum, Nocturnum cum Laudibus, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperae, & Completorium. f.*

## SCHOLIA.

*a Orationa possunt esse priuata etiam sine licentia Episcopi, ibi tamen publica sacrificia fieri non possunt sine eius auctoritate, canonici, ca. clericos. can. si quis, de Confe-*

*crat. dist. 1. Oportet enim semper quemlibet orare, & in omni loco, & in omni actione. Luca 18. & ut ibi notat D. Chrysostr. oportet, necessitatem ponit. Probat & D. Paul. ad Ephes. 6. vers. 18. Oratio solitaria valde iuuat orantem, cum ab aliis rebus collecta cogitatione, in oratione tota quae dicit unice considerat. Depresaturus ita David Deum pro filio paruulo, egressus, seorsum prostratus orauit, 2. Regum 12. Et dimissa turba Christus ascendit solus in montem orare. D. Matthaei 13. & D. Petrus, Actor. 20. ut posset melius orare, & diutius, ascendit solus in superiorem partem domus. Et D. Paulus in templo solitarie orans, uidit Christum sibi apparentem, Actor. cap. 22. Bona oratio sit solitaria, sed & praestantior si plures consentiant in oratione. Et ideo publice efficaces maxime putantur in unione multitudine & consensu adorationis Dei. Iuxta id quod Dominus dixit: Si duo ex uobis consenserint, de quacumque re, & c. Matth. c. 18. vers. 19. dicitur & Actorum c. 1. orasse discipulos una uoce, & fideles in unum conuocatos, eadem & congregatio orationis causa, Machabeorum 2. cap. 6.*

*b Dicit Bernardus lib. de quatuor modis orandi scribit, Diuum Paulum, 1. ad Timoth. c. 2. quatuor modos orandi expressisse, in illis uerbis: uolo primum fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones. Hos autem modos explicat Cassianus ad praedicta uerba epistola.*

*c Supra titulo de Eucharistia, qui erat tit. 9.*

*d Canonicae uocantur & publicae, in cap. 1. & 2. de officio custod. lib. 1. tit. 27. Tractantur de horis, & precibus canonicis fuisse, Nicolaus Plonius, Ioannes de Lignano in repetitione, c. dignum, de Celebratione Missarum. Albertus de Ferrariis Placentinus.*

*e Ideo pensum seruuntis uel muneris persona Ecclesiastica, hoc officium diurnum precum quotidianarum dicitur, in c. 1. de Celebrat. Missarum, lib. 3. tit. 41. & in ca. 2. 91. dist. Non ita tamen precum ratio ab initio Ecclesiae distincta erat, neque dilectus habitus erat.*



*Psalmodiarum certorum, vel orationum, sed A*  
*cuique liberum erat sibi orationes eligere:*  
*donec istis rationibus psallendi & orandi*  
*in Ecclesia forma definita est, ne diuersitas*  
*generaret in Ecclesia confusionem & schi-*  
*sma. De quibus tractat copiose Durandus*  
*lib. 5. Rationalis diuinarum officio. cap. 2.*  
*vbi & de officio, institutione & partibus*  
*diuini officii.*

*f* *Septem hora canonica sunt, quibus statu-*  
*tum ut diuina preces dicantur definita & B*  
*determinata, Matutina seu Nocturna,*  
*Prima hora, Tertia, Sexta, Nona, Vesper-*  
*rarum, & Completorii diei. Datur ratio*  
*& explicatio in cap. 1. de Celebrat. Missa-*  
*rum, & ibi glossa amplificat & explicat ad*  
*verbum Septenarius, ex can. 1. & can.*  
*presbyter, 91. distinct. & Clem. unic. §. fin.*  
*de reliq. & venerat. Sanctorum. Septena-*  
*rius precū per horas numerus, ratione qui-*  
*dem definitionis precum dicendarum non C*  
*semper fuit; at tamen ipse numerus & mos*  
*orandi septies, fuit & ab initio & antiqui-*  
*tate Ecclesie, ut liquet ex Athanasio, lib. de*  
*Virginitate, ex Diuo Hieronymo ad De-*  
*metriadem, ad Latam, & ex cap. 6. Da-*  
*nielis. Ex D. Basilio in questionibus fusi-*  
*us explicatis 37. interrogatione, ex Diuo Be-*  
*nedito, in can. 16. regula, cap. 10. Memi-*  
*nit & de illis Diuus Chrysostomus, in Epi-*  
*stolam primam ad Timoth. capit. 5. Ense-*  
*biius libro 9. Ecclesiastica Historia. Sic legi-*  
*mus apud Diuum Clementem, libro 7.*  
*constitutionum Apostolorum, cap. 47. de*  
*oratione matutina ex traditione Aposto-*  
*lorum, & in cap. 48. de oratione vesperti-*  
*na, & prandii & lib. 8. cap. 40. Sic scri-*  
*ptū, Preces vestras facite diluculo, Ter-*  
*tia hora, Sexta, Nona, Vespera & in gal-*  
*li cantu. Diluculo gratias agendum quo-*  
*niam illuminauit nos Dominus pulsa E*  
*nocte & inducto die. Tertia hora, quo-*  
*niam Dominus illa hora sententiam*  
*mortis accepit: Sexta, quoniam tunc*  
*crucifixus: Nona, quoniam omnia com-*  
*mota sunt crucifixo Domino, perhor-*

*rescentia Iudeorum audaciam, & non*  
*ferentia ignominiam Domini. Vespera*  
*gratiam agentes: quod dedit noctem*  
*diurnorum laborum requiem: in Galli*  
*cantu, quoniam illo tempore nuntia-*  
*tur aduentus diei, ad exercenda opera*  
*lucis. Sic in his publicis precibus, aliquid*  
*mysterii semper cum precibus significatur,*  
*neque sine spiritu Dei David dixerat an-*  
*te, Psalmo 118. Septies in die. Laudem*  
*dixi tibi. Et rursum: Media nocte surge-*  
*bam ad confitendum tibi super iudicia*  
*iustificationis tuæ. Sunt & ista preces ve-*  
*luti excubia fidelium disposita ab Eccle-*  
*sia, ut dum omnibus horis fere ubique pec-*  
*catur, & cum omni tempore inimicus Sa-*  
*than insidietur hominibus, sint interim ali-*  
*qui, qui Deo preces adferant & effundant,*  
*ut hostis minuire & prohibere velit insi-*  
*dias & mala. Suppletque chorus Ecclesia-*  
*sticus ita per horas dispositus, segnitiam &*  
*infirmiorem humanam, eorum qui con-*  
*tra quam a Deo & Apostolis iniunctum*  
*est, non semper orant. Nemo enim dubitat*  
*ex his, quae paulo ante dixi, semper orandū*  
*esse Christianis ex Diuo Luca, cap. 8. 1.*  
*ad Thessalonicens. 5. vers. 17. & ad Ephes.*  
*6. vers. 18. & docet Diuus Cyprianus, lib.*  
*4. Epistolarum, Epist. 4. facit Act. cap. 2.*  
*Quod & explicat Diuus Ambrosius, to-*  
*mo quarto, in Psalmum 118. Sermonem 9.*  
*Qui rogat, inquit, itaque semper roget,*  
*si non semper precetur, paratum sem-*  
*per habeat precantis affectum. Sunt ha-*  
*publica preces statuta ut ad eas populus et-*  
*iam veniat non saltem clerici, quibus &*  
*cultus diuinus maiorem in modum debet*  
*cura esse, quorumque arma orationes &*  
*lachryma, can. reprehensibile, & can. con-*  
*uenior, 23. quast. 8. Quamquam frequen-*  
*tius & orasse plures, & orare nunc constet;*  
*ut refertur illustre exemplum D. Iacobi*  
*fratris Domini, Episcopi Hierosolymitani,*  
*cuius genua ferunt obduruisse callo, tan-*  
*tamque habuisse carnis incuriam, ut ad-*  
*huc viuens omnia fere membra more-*  
*rentur*



rentur atque assiduitate orationis in iugue A  
ad paucum prostratione, successu tem-  
poris frontem quoque eius callo similiter  
obductam, ut nihil fere a cameli genibus,  
si durities spectaretur, discreparet: ut re-  
fert *Diuus Chrysostomus*, *Homilia 5. ex*  
*cap. 2. Diui Matthai, tom. 2. Ferunt &*  
*D. Baribolomeum Apostolum centies per*  
*diem flexis genibus, & centies per noctem*  
*orasse Deum, ut scribit Abdias Babylo-*  
*nus, lib. 8. Historia Apostolica. Qui tene-*  
*antur ad horas dicendas dicimus postea.*  
*Interea autem & annoto, religiosos vel re-*  
*gulares, qui ex professione magis putant &*  
*sciunt, se Dei cultus & contemplationi cō-*  
*secratos, his dicendis maxime inuigilare*  
*debere, neque impune sciant se laturos, se*  
*noctu, quo Christiani alii dormiunt, vel a-*  
*lia turpia malaque operantur, has excu-*  
*bias deserant, quod & aliquando exemplo*  
*declarauit Deus. Refert enim Meierus, C*  
*libro 5. Historia Flandriae, anno Domini*  
*1152. Magnam partem oppidi Diui An-*  
*domari cum templis Diuorum Ioannis &*  
*Dionysii, & Martini, orto ex cœnobio*  
*Diui Bertini incendio, Nonis Septembri-*  
*bis, deflagasse, quod numinis ira accidit.*  
*se creditum est: propterea quod ex duode-*  
*cim monasteriorum antisitibus, epulis vi-*  
*noque, mersis, qui eo die conuenerant Ber-*  
*tino sacro, ad solemne conuiuium nemo in-*  
*uentus sit, qui ad nocturnas matutinasque*  
*surrexisset preces. Porro admonendi sunt*  
*lectores, modum numerandi horas, superio-*  
*ribus dicendis precibus, ex Hebraeorum*  
*cōsuetudine usurpari, qui numerabant ab*  
*ortu Solis ad occasum, tantū horas diei, &*  
*ita hora Prima, qua in precibus dicitur, a-*  
*put nos, more vulgari cōputando a prima*  
*hora post mediam noctis partem, dicitur*  
*Sexta: & qua apud vulgus dicitur nona, E*  
*illa tertia in precibus: qua apud nos duo-*  
*decima, illa in precibus sexta: qua nobis*  
*tertia post meridiem, illa dicitur nona in*  
*horis Canonicis precum, vespertina dein-*  
*ceps, qua nobis sexta post meridiem: vide*

qua diximus de vario numerandi horas  
ritu, apud diuersas gentes, lib. 4. Præsdior.  
optimi Iuriconsult. cap. 1. & 2. & lib. 8.  
Syntaxeon artis mirabilis, cap. 44.

## CAPVT IIII.

- 1 De Supplicationibus, seu Litanis publi-  
cis statis.
- 2 Imperatis.

Supplicationes publicæ, sunt vel statæ, 1  
vel imperatæ. Stata supplicatio an-  
nua, maior & minor. Maior fit in festo  
sancti Marci, Minor cuius orationes, di-  
cuntur Rogationes, factæ per tres dies an-  
te Ascensionem Domini, cum ieiuniis, cō-  
uocato & procedente clero cum vexillis,  
crucibus, & cereis, & sequente populo,  
vnde & processiones a procedendo & eū-  
do, istæ supplicationes dictæ sunt, a dicun-  
tur & Litanæ. b.

Imperatæ supplicationes illæ sunt, quæ 2  
ratione occurrentis necessitatis ad placan-  
dum Deum, vel ob alias causas, ob quas ad  
Deum confugimus, indicuntur, ex præla-  
torum iussu vel decreto. c.

## SCHOLIA.

- a Can. Rogationes 3. de Consecrat. distinct.  
3. Maior Litanis in festo B. Marci dici-  
tur: non quod prior instituta fuerit, fuit e-  
nim post minorem: sed quia Gregorius pri-  
mus Summus Pontif. eam cum maiori so-  
lemnitate ordinauerit suo tempore septi-  
formi ordine. Sic enim ipsemet testatur,  
lib. 11. Epistolarum epist. 2. & scribit Pau-  
lus Diaconus lib. 11. de origine & gestis  
Longobardorum c. 11. cuius rei historiam  
& causam sic referunt, quod Tēpore Chil-  
deberti regis Gallorum, & Mauricii Im-  
peratoris Romanorum accidit diluuium  
in sinibus Venetiarum, Liguria, cætera-  
rumque regionum Italia, ita magnum, ut  
credatur post Noë tempora maius non  
existuisse, inundatione incipiente Calendis  
Novembribus, quam subsequuta est statim  
pestilētia atrox, dicta inguinaria, qua fere

S



omnem populum Romanū & ipsum quo- A  
 que Summum Pontificem Pelagium se-  
 cundum exstinxit, anno Domini 589. In  
 cuius locum statim subrogatus est Grego-  
 rius primus dictus Magnus, communi cō-  
 sensu omnium, ex Leuita euectus in sedem:  
 qui supplicationem & septiformem Lita-  
 niam ordinauit, ita dictam, quod in ea to-  
 tus urbis populus deprecaturus Deum, in  
 septem ordines per eum diuisus est. In pri-  
 mo fuit omnis chorus: in secundo omnes B  
 Abbates cum monachis suis: in tertio om-  
 nes abbatisse cum congregationibus suis:  
 in quarto omnes infantes: in quinto omnes  
 viri laici: in sexto omnes viduae: in septimo  
 omnes mulieres coniugatae. Pracepit autem  
 postea Gregorius eandem supplicationem  
 singulis annis fieri per totum orbem: quare  
 & dicta maior, ut etiam a maiore nempe  
 Summo Pontifice statuta: minor vero Li-  
 tania & Rogationes, primum apud Vien- C  
 nam a Beato Mamerco, Viennensi Episco-  
 po, originem habuerunt. Is enim propter  
 cladem illatam a lupis aliisque feris ani-  
 malibus hominibus Galliarum, quos cru-  
 deliter necabant, obque terra motus fre-  
 quentes, indixit populo triuannum ieiun-  
 nium, & instituit Litanias ante festum  
 Ascensionis, in sua regione, qua postea fue-  
 runt ab Ecclesia confirmata, & ad alias or-  
 bis partes translata, & ubiq; seruari man- D  
 datum ex Concilio Aurelianensi, cap. 6.  
 quod refert Burchardus Wormacia Episco-  
 pus, lib. 10. Decretorum, capite 7. Gre-  
 gorius Turonensis, libro secundo, Historia  
 Francia, cap. 34. Refert etiam Anitum  
 Episcopum Viennensem scripsisse Ma-  
 mero eiuſdem urbis quoq; Episcopum,  
 instituisse Vienna primum Rogationes,  
 quas ante Dominica Ascensionis trium-  
 phum celebramus, cum tunc urbs illa mul- E  
 tis terreretur prodigiis, terra motu frequē-  
 ti: & cum ceruorum, luporumque feritas  
 portas urbis saepe ingressa fuisset, & per o-  
 mnem urbem errans nihil metuerit, incē-  
 dio pariter graui commoto, qua omnia per

orationes cessarunt. Quare & primus  
 vicinas urbes illas supplicationes fuisse imi-  
 tatas, & dehinc alias in orbe Christiano.  
 Scribit & Sydonius Apollinaris, libro  
 quinto Epistola. Epist. 14. de his in hunc  
 modum: Quicquid illud est, quod vel o-  
 tio vel negotio vacas, in urbem tamen,  
 ni fallimur, rogationum contemplatio-  
 ne reuocare, quarum nobis solemnita-  
 tem primus Mamerco pater & Pon-  
 tificex reuerendissimo exemplo, vtilissi-  
 mo experimento inuenit, instituit, in-  
 uexit. Erant quidem prius (quod salua  
 fidei pace sit dictum) vaga, tepentes, in-  
 frequentes, vtq; sic dixerim oscitabun-  
 dae supplicationes, quae saepe interpel-  
 lantium pradiorum obicibus hebetan-  
 tur, maxime, aut imbres, aut serenitatem  
 deprecaturae, ad quas, vt nihil amplius  
 dicam, figulo pariter atque hortulano  
 non oportuit conuenire. In his autem  
 quas suprafatus summus sacerdos &  
 protulit pariter & contulit, ieiunatur,  
 oratur, psallitur, fletur. Ad haec festa  
 humiliatarum ceruicum, & conserua-  
 torum ciuium suspiriosa contubernia  
 peto, &c. Deinceps libro septimo Episto-  
 prima, scribens Mamerco Papa, ait illas  
 supplicationes continuari, & defendere,  
 Aluernos a terroribus incursionum  
 Gothorum, introductaque contra no-  
 centia, terrae motus incendia & pro-  
 digia.

b Litania Graco nomine idem sonant quod  
 supplicationes cum processu, cap. 31. §. si  
 quis cum sacra, Nouella 123. de Sanctiss.  
 Episcop. & in §. omnibus, aut cap. 32. ea-  
 dem Nouella 123. prohibetur illas Litanias  
 laicis sine clero, ibi enim cruces praeferi  
 debent, lege tertia, §. primo, de here. Agit de  
 Litanis laicorum Iulianus antecessor, in  
 Nouellis, nu. 480. vocat Litanias, Nouel-  
 la 67. d. quos iur. & c. odor, processionē publicā  
 in cap. 1. vt nullus fabricet oratori domos,  
 &c. ibi Episcopus orationē in loco faciat,  
 cruce figat publicū processū ibi facies, &c.

c Mulier



**A** Multa de supplicationibus seu Processionibus, aut Litaniis antiquorum leguntur apud antiquos, de nocturnis, diurnis & matutinalibus. Meminit Sydonius Apollinaris de antelucana processione & supplicatione post congregationem factam populi in Ecclesia sancti Stephani, lib. 5. Epist. fol. 17. Sed & processionem matutinarum cum carminibus celebratarum ad tempus Arrianorum referre videtur Nicephorus, Calixtus, lib. 13. Historie Ecclesiasticae, **B** cap. 8. Sozomenus, lib. 8. cap. 8. Socrates lib. 10. Ecclesiast. Hist. cap. 8. Hi enim narrant, Arrianos hereticos priusquam a sacris adib. fuissent a Theodosio Cesare pulsati, in publicis porticibus congregari nocturno tempore, atq. in choros suos segregari, carmina quaedam alternis antiphonarum modis sibi inuicem respondentia, ad hæresis sue placita accommodata continue cantasse, & noctem multam in eiusmodi psalmodia consummasse. Sub auroram autem publice concinentes eadem, extra urbem in ea, ubi ecclesias habebant, loca procedere solitos, idq. potissimum ultima die hebdomadae, die Dominica & die prima. Quod considerans Diuus Chrysostomus tunc Constantinopolitanus præsul, & ne aliqui ex Ecclesia sua, eius generis canibus denulsi, ab illis seducerentur, ad eundem modum contra illos psalmodiam suam instituit, ut **D** breui ea celebrior quam aduersariorum esset: factumque est, ut etiam ex multitudine honorificæ progressu eos superaret. Nam eam cruce argentea cereos incensos habentes præstant; Eudoxia Imperatoris Archadii coniuge impensas ad ea præbente, quam plurimis lucernis ad id paratis. Quo & Arriani ira commoti, manus tandem contulerunt cum Christianis, aliquosque ex illis vulnerarunt. Unde orta occasio legis, qua Arrianorum conuentus prædictos sustulerunt, & Litanias illorum. Exstat illa Archadii & Honorii, l. cuius Hæretici, 2. titulo 4. de his qui super religione comendant, lib. 6. Codicis Theodo-

siani, l. 3. C. de Hæreticis, in Codice Iustiniano. Remanserunt autem Litanie in Ecclesia Catholica. Et Litanias fuisse in usu clericis Neocæsariensibus testatur Basiliius Magnus, Epistola 63. ad clericos Neocæsarienses. Processionis Ecclesiastica typus mihi videtur etiam tempore Domini nostri IESU CHRISTI figuratus, dum ingressus ciuitatem Hierusalem, & turba eum præcederent & sequerentur, clamantes, Benedictus qui venit in nomine Domini, sternentes vestimenta sua, & ferentes ramos oliuarum & palmorum, DD. Matthæi, cap. 21. Marci 11. Luca 19. Alius antiquior in lib. 2. Regum, cap. 6. in reductione arca, in qua aderant chori, psallentes, cum quibus & Dauid, & populus, & alius, cum locata est arca Dei in templo per Salomonem 3. Regum, cap. 8.

## CAPVT IIII.

Ordo &amp; dispositio officii precum.

**S**ingulis horis fuerunt certæ Preces, Hymni, a Psalms, Antiphonæ, Responfa, & Capitula, aliaque definita, b cum Oratione Domini. c Cum lectionibus ex sacra pagina, vel vitis patrum, sanctorumque interpretum expositionibus, cum distinctione muneris, iuxta dierum & festorum solemnitates. d.

## SCHOLIA.

- a De Hymnis & Canticis approbatis in Ecclesia, vide multa in Toletano Concilio 4. cap. 12. can. de Hymnis, 54. Et ex Leone, in can. Hi duo solummodo, 55. de consecratione, distinct. 1.
- b Can. conuenit, 13. de consecrat. dist. 5. de definita preces habentur ex Concilio Tridentino, extinse, 5. ca. id semper 14. eadem distinct. 5. de consecrat.
- c Can. in die Resurrectionis, 15. ead. de consecrat. distinct. 5. de quibus & Breniaria & Missale facile te docebunt.

## CAPVT V.

Quibus munus orandi impostum.



**O**mnibus quidem Christianis necessitas incumbit orandi. *a* Sed quibusdam sunt liberae electiones precū & horarum ad orandum, ut laicis (excepto quod aliquando coniunx sine consensu coniugis libere vacare orationi non possit. *b*) Et si quando agatur de diebus festiuis & Dominicis, quibus iubetur vnumquemque interesse sacrificio Missæ, & aliis officiis in propria parochia. *c* Quibusdam autē certæ preces definitæ, singulisque diebus dicendæ impositæ sunt, veluti presbyteris, diaconis, subdiaconis, & aliis clericis Ecclesiæ ministerio consecratis vel deputatis, quos & dicere officium, & interesse debere horis in Ecclesia publicis, matutinis, & vespertinis, ad psallendi quotidianum officium placuit, aliter deponendos, si castigati veniam ab Episcopo per satisfactionem noluerint promereri. *d* Denegantur etiam annonæ absentibus, quæ presentibus sunt distribuendæ. *e*

## SCHOLIA.

- a* Sic enim admonuit Deus, *Diui Marci* 6. *D. Luca*, cap. 18. *Clement. ad nostrum*, §. 2. *de Heretic. can. nunquam, de consecrat. dist. 5. can. si laicus*, 31. *dist.*
- b* *Can. nec uxorem*, §. *hac autem*, & *can. Apostolus*, 33. *quest. 4.*
- c* *cap. 2. de paroch. libro tertio, titulo 29.*
- d* *Can. fin. 92. distinct. ex Concilio Bacharensi Martini*, cap. 64. & *Concilio Tolitano primo*, cap. 5. *Statutum & in Concilio generali Lateranensi sub Innocentio 3. cap. 17. & in c. dolentes 9. de Celebrat. Missarum*, lib. 3. tit. 4. *distincte precipitur in virtute obedientia, ut diuinum officium nocturnum & diurnum prelati & clerici, quantum eis Deus dederit, studiose & deuote celebretur. Id ipsum & statutum in Concilio Viënsi, Clem. 1. de Celebrat. Miss. Quilibet qui fuerit ad sacros ordines promotus, tenetur ad discendas, vel psallendas preces canonicas. P. ad c. 1. de Celebrat. Missar. Card. ad Clem. 1. eod. tit. item quilibet be-*

*neficiatus, quamuis non promotus adhuc ad sacros ordines, in minoribus tamen constitutus, quod probari dicit Ioannes Andreas, per c. docentes, de Celebr. Missar. ubi exponit verbum Clerici, de beneficiis. Quod videatur ea ratione fundata quod, vel erecta beneficia, ut qui eis proficeretur, oreret pro se, & cultui diuino insistat, c. 1. & c. quia nonnulli, de cleric. non residenti, ut mereatur priuari beneficio in conscientia, prout pluribus visum est, qui officium non exsequitur, propter quod datum est beneficium, cap. si. de rescript. in Sex. cap. cum secundum Apostolum. eod. tit. apud Gregorium. In eaq. sententia est Ioannes Calderinus ad caput. 1. de Celebrat. Miss. eum qui suo cultu fraudat Ecclesias: quia, fructus sine prestatione officii percipit, furtum & sacrilegium committere: & teneri ad restitutionem fructuum perceptorum eius temporis, quo non inseruiuit officio. Quæ sententia quamuis multum rigida videtur, tamen tutior in foro animæ. Sunt tamen qui contrariam probent, neque ad restitutionem fructuum perceptorum teneri arbitrentur ob officium omissum diuinum: quam probat Panormitanus ad caput. 1. de Celebrat. Missar. Quia, inquit, beneficium non datur solum propter officium, sed ob alias causas, nempe ut visus clericus, in sortem Domini vocatus, & non mendicet, can. Diaconi, 93. dist. ca. 2. de prebend. Vide multa hac de re, in glossa prima tituli Qualiter hora canonice sunt dicende, in pragma. sanct. Caterum ex dispositione Concilii Lateranensis, celebrati tempore Leonis 10. Sess. 9. cap. de Reformationibus Curia & aliorum, quilibet habens beneficium cum cura, vel sine cura, si post sex menses ab obitio beneficio diuinum officium non dixerit, legitimo impedimento cessante, beneficiorum suorum fructus suos non debet facere, pro rata omissionis recitationis officii & temporis: sed eos tenetur tanquam iniuste perceptos, in fabricas huiusmodi beneficiorum, vel in pauperum elemosinas erogare.*



erogare: quod si ultra dictum tempus, mo-  
nitus non dixerit, beneficio priuatur. O-  
mittere autem dicitur officium ad hunc fi-  
nem, ut beneficio priuetur, qui intra quin-  
decim dies, bis saltem non dixerit. Refert  
verba illa Concilii Bernard. Diaz. in pra-  
ctica criminali canonum. cap. 49. Excom-  
municati & depositi ab ordine, non possunt  
excusari a dicendo priuatim officio diui-  
no, quibus non licet in Ecclesia dicere: eo  
quod pœna nō debeat dare immunitatem, B  
can. legi. 16. quæst. 1. c. intelleximus, de Iu-  
dic. l. relegatorum, de Interdict. & relega.  
P. Verum tamen dum dicent soli, vel cum  
alio officium & preces, non dicunt, Domi-  
nus vobiscum, quia non possunt benedicere,  
can. presbyterum 19. sub 28. distinct.  
ubi Ioannes & Archidiaconus. Poterunt ta-  
men dicere, Domine exaudi orationem  
meam, sicut laicus. Henricus Bohic. ad c.  
2. de cleric. excommun. ministrant. In mi-  
noribus ordinibus constitutus non tenetur  
pro illis horas canonicas dicere: ideo si be-  
neficium, pro quo tenetur, amiserit, non te-  
nebitur ratione, capit. cum cessante de ap-  
pellatio. Singulare est quod dicunt inter-  
pretes, iuris diuini esse, septies laudes Deo  
in die dicere, sed iuris positivi distinctionem  
horarum. Ideo non posse dispensare  
Episcopum a dicendis horis, quæ iuris diuini,  
cum qui vel ratione maiorum ordinum, D  
vel ratione beneficii, obligatus est ad dicē-  
das preces canonicas: neque etiam eum, qui  
in studio est ratione seu favore studiorum.  
Colletaneus ad ca. 1. de Cele. Miss. Ar-  
chidiaconus in can. 1. 91. distin. quamuis a re-  
sidentia dispensare posset. Quia sacra pre-  
ces, fructus sunt laborum, Clement. 1. de  
celebrat. Miss. & quia solutio debitarum  
precarum certis horis, consistit in labore per-  
sonali, qui per alium præstari nequeat, dist.  
E  
Clem. 1. cum electa sit industria certa per-  
sone in concessione beneficii, ut in simili. in  
cap. fin. de offic. delegat. l. inter artifices, de  
solutio. P. facit ratio generalis. l. quia tale,  
solut. matrim. P. Studiorum utilitas bo-

na est quidem, sed ideo oratio nō est omit-  
tenda, & maledictum studium, per quod  
dimittitur diuinum officium, vide Inno-  
cent. ad cap. 1. de celebrat. Missar. Ioan-  
nem ab Imo. ad Clem. 1. de magistris, &  
simpliciter loquendo, melius est orare, quam  
studere, can. licet 8. quæst. 1. Nempe Papa  
dispensat, ut clericus non teneatur dicere  
officium aliquod, quamquam possit dispen-  
sare, ut aliud quam proprium suo ordini,  
dicere possit, secundum alium usum, ut di-  
citur, Clem. 2. de celeb. Missar. & sic per-  
mittit summus Pontifex ex consuetudinibus  
bonis orandi Ecclesiarum, aliquam e-  
ligere, can. 10. nouit. 12. distinct. cap. fin.  
de Feriis, can. 1. de consecrat. dist. 3. Ad sa-  
cros ordines promotus obligatur ad dicen-  
das preces horarum canonicarum, etiam si  
ordinatus fuerit cum titulo sui patrimo-  
nii, secundum Doctores ad capit. ius, de  
præbend. & ita quod pertinet ad has pre-  
ces dicendas, ratione ordinis maioris, sunt  
pares ordinati & beneficiati non ordinati;  
disparis tamen, quod ordinatus, non potest  
per alium horas dicere: sed non ordinatus  
beneficiatus potest, argum. capit. peruenit,  
de appellat. Et sic notat Gloss. ad §. 1.  
ad verbum, Teneamur, titulo. Qualiter  
hora canonica sunt dicende, in Pragmat.  
Sanct. Clericus in Minoribus ordinibus  
constitutus, ad nullum officium diuinum  
dicendum certum tenetur ex obligatione,  
nec ad preces canonicas, aut ad septē Psal-  
mos penitētiales, aut alterius generis, quia  
id nullo iure cauetur. Quare Panorm. ad  
cap. 1. de celebrat. Missar. dixit, quod hoc  
habet generalis consuetudo, qua excusat  
non dicentes. Videnda hic, quæ diximus in  
tractatu beneficiorum, cap. 6. num. 11. se-  
quen. Excusat ab omissione officii etiam  
obligatos infirmitas, quæ non permittit ob-  
ligatum sine dispendio salutis legere, ut et-  
iam restituta sanitate non teneatur omis-  
sa diuina officia, reassumere seu supplere.  
Hostiens. & Ioannes Andreas ad cap. 1. de  
celebrat. Miss. vide late docentem Gloss.



Gloss. ad §. 1. ad verbum, Syncopando, **A** qualiter hora cano. sunt dicenda, in *Pragma. Sanct.* ubi distinctio ponitur. Hanc opinionem sequitur Innocent. & Panorm. ad cap. ex parte, de *Observat. ieiunior* argumento eius, qui non potuit ieiunare tempore ieiunii, cui non insurgitur, ut alio tempore eius loco ieiunet, cap. 1. de *observat. ieiunior*. Imo etiam si quis sine causa omiserit dicere diuinum officium, eius confessor non tenetur imponere ei poenitentiam, ut reassumat, sed poterit in aliud poenitentiam commutare, ut ait Innocentius, & refert summa Rosella in verbis hora canonica. nu. 9.

**C** cap. fin. §. ad iicimus, de *sentent. excommu.* in *Sex. cap. unico, de cleric. non residen. in Sex. quamvis studiorum causa quis pro presente habeatur, ad fructus alios beneficii percipiendos, cap. licet vobis 35. de praebend. cap. super specula, de Magistris, cap. de caetero. de Cleric. non residenti.*

## CAPVT VI.

- 1<sup>o</sup> De modo & forma dicendi Preces.
- 2<sup>o</sup> Versus Orientem orandum.
- 3<sup>o</sup> Qui excludendi eo tempore.
- 4<sup>o</sup> Litanie forma.
- 5<sup>o</sup> Cuius Ecclesia debet sequi officium beneficiatus.
- 6<sup>o</sup> Stare aut flectere genua.

**Q**VI ad diuinum officium dicendum tenentur, debent illud exsequi, iuxta consuetudinem & morem Ecclesie Romanae, *a* vel Ecclesie suae in eo priuilegiatae: *b* & in celebrandis diuinis officiis ordo sequendus. Metropolitanis comprouinciales obseruare debebunt. *c* Poterunt tamen libere clerici religiosi vel alii, Cardinalium vel Pontificum commensales, seu domestici, seipsis in officio accommodare, ut quod Pontifices vel Cardinales dixerint officium, ipsi quoque dicere possint; nec ad aliud dicendum teneantur. *d* Preces canonicæ in Ecclesiis, horis propriis sunt dicendæ, *e* publice signo facto cum

**A** campanis, vel alio modo. *g* Nisi tempore interdicti generalis: quo casu in conuenualibus Ecclesiis, bini vel simul tres, horas seu preces canonicas possunt legere, non cantare: idque ianuis clausis, interdictis & excommunicatis exclusis, & voce ita demissa, ut extra audire non possint. Hocque modo etiam & eo tempore licet regularibus ex priuilegio indulto a sede Apostolica submissa voce celebrare diuina. **B** Preces porro, dici debent plane, distincte, deuote, conuenienter, sine colloquii vel confabulationis admixtione, integre sine syncopa, sine transcurfu, conuenientibus in chorum & in tempore clericis, nec ante finem egressuris: cum puritate, cum cantu, in quo & maturo tenore distincta gradatio, cum concentu sine lasciuia vocis vel gestus. *l*

Oratio *†* & verbis & corde fiat simul: *m* **C** Orandum & existimarunt antiqui, ad Orientem, facie couersa. *n* In oratione quoque regulari, iure communi, genua flectenda, vel prostrato corpore orandum, nisi ex forma publica antiqua in die Dominico, & per omnes dies a Paschate usque ad Pentecosten. *p*

Cum *†* oratio etiam sit, excludi debent *q* excommunicati, *q* clerici depositi, *r* heretici, cum quibus orandum non est, ut nec cum Iudeis in eorum Synagoga. *r*

**D** Litanie seu processiones aut supplicationes, modum suum habent; & prohibitum, ne a solis laicis fiant, sine sacerdotibus vel clericis, crucibus frequentiaue populi, in locis consecratis. Iuuant orationem magisque efficacem reddunt elemosinae, & bona opera.

## SCHOLIA.

**E** *a* can. peruenit 13. cum 2. sequentibus. de consecrat. dist. 3.

**b** Doctores in Clementina prima, de Celebr. Missar. potissimum Florentinus ad cap. 1. eod. tit. Quod si quis habeat duas ecclesias diuersi ordinis, debet dicere officium ex more eius



re eius Ecclesia, in qua habet maiorem di- **A**  
 gnitatem, argumen. cap. extirpanda, §. qui  
 vero, de Præben. cap. quia sepe, eod. tit. in  
 Sex. quod si in utraque Ecclesia habeat  
 parem, nec maiorem in altera dignitatem,  
 si una ecclesia alia dignior sit, eius officium  
 sequi debet: quia magis dignum trahit ad  
 se minus dignum, capit. quod in dubiis, de  
 consecratio. Eccles. vel altaris, quod & lo-  
 cum habet in officiis diuinis dicendis, Cle-  
 ment. 2. de celebrat. Missarum. can. de his, **B**  
 12. dist. Si vero sint ecclesia equalis digni-  
 tatis, poterit eligere, quod in equalibus sit  
 locus gratificationi, cap. duobus, de descrip.  
 in Sex. cap. fin. de religio. & sumt. funer. P.  
 nisi quis sit presens in choro alicuius eccle-  
 sia, quia tunc debet se accommodare ordi-  
 ni eius semper, can. in his, 11. distinct. can.  
 cognouimus 12. qu. 2. de Monachis 16. q. **C**  
 prima. Notat & glossa penult. ad Clem. 2.  
 de celebrat. Missa. quod Monachus, præ-  
 latus ecclesie secularis, reget illam secun-  
 dum officium seculare vel clericale, non  
 secundum monachale: quod placet Ioanni  
 in can. 3. 16. questio. 1. Gofredo in summa  
 tituli de Statu monach. §. sed nunquid ab-  
 soluit. Hostiens. in summa tituli eiusdem,  
 §. 2. vers. sed nunquid talis facit cap. cum  
 olim, de præscrip.  
**D**  
 e can. altaria, si non 3. 1. de consecrat. distin.  
 1. in psallendi maxime ordine. can. 13. de  
 his, 12. distin.  
 d Ex concilio Viennensi. in Clem. 2. de cele-  
 bratione Missarum.  
 e Clementina prima, de celebratione Missa.  
 f cap. 1. de Celebrat. Missar.  
 g cap. 1. & 2. de officio custodis.  
 h cap. quod ante, de pœniten. & remiss. 11.  
 lib. 5. tit. 48.  
 i cap. dolentes, 9. de celebrat. Missar. Clem.  
 1. eod. tit. quomodo hora canonica sint di-  
 cende. in Pragm. Sanctio.  
 k can. non potest, de Pœniten. dist. 1.  
 l c. vnic. de vita & honesta cleric. in Extra-  
 uag. com.  
 m can. non mediocriter, & can. quomodo, de

consecratione distinct. 5. Possunt & supe-  
 rioribus alia adici bona qualitates, laicis  
 etiam cum clericis communes, nempe ut  
 oratio fiat in fide, ad Hebraeos 11. Iacobi 1.  
 in humilitate ecclesiastica 35. cum discre-  
 tione, Diui Matthai, cap. 20. sibi, Nesci-  
 tis quid petatis, & D. Iacobi 4. Petitis &  
 non accipitis, eo quod male petatis. si-  
 ne superbia, qualis reiecta illa Pharisei,  
 Diui Luca cap. 18. cum silentio & in ab-  
 sccondito si priuata, D. Matthai ca. 6. cum  
 attentione, & circumspectione. Deum e-  
 nim alloquimur, cum oramus: illum audi-  
 mus, cum legimus diuina oracula, ut ait  
 Diuus Ambrosius, libr. 1. officii. cap. 20.  
 Noli, inquit Diuus Bernardus, lib. Medi-  
 tationum. cap. 6. vili pendere orationem  
 tuam: quoniam ille ad quem oras, non  
 vilipendit eam: sed antequam egredia-  
 tur de ore tuo, ipse eam scribi iubet in  
 libro suo: & vnum e duobus indubitan-  
 ter sperare debemus: quod aut dabit  
 nobis quod petimus, aut quod nouerit  
 nobis esse vtilius. Consentit Diuus Au-  
 gustinus, in caput sextum Epistole prima,  
 Diui Ioannis. Et rursus Diuus Ambro-  
 sius ad Virgines, dixit, Præpara ante o-  
 rationem animam tuam, ut non videar-  
 is tentare Deum, cum deprecaris, ut id  
 quod oras mores tui loquantur, fides  
 adiuuet, opera commendent. Et Diuus  
 Athanasius, libro de Virginitate. Cum  
 psallis aut cum oras, ne finas peregrinas  
 cogitationes, in cor tuum subire. Ora-  
 tionis qualitates etiã requisitas persequi-  
 tur Diuus Chrysostomus, tomo primo in  
 Psalmum 4. & Homil. de fide Anna. Quia  
 etiam puritas & mūditiā exigitur in ora-  
 tione, ideo & eius tempore abstinedum est  
 etiam ab vxoribus, tota 33. quest. 4. Mul-  
 to magis a concubinis sacerdotibus, quia  
 continuo & cum perseverantia illis oran-  
 dū est canone silaicus 31. dist. Plus enim  
 ad orandum tenetur qui aliorū accipiunt  
 eleemosynas, ut id faciant, & inde viuunt,  
 canone quia. 10. q. 1



n de hoc alias diximus: & ideo Ecclesiarum A  
altaria parte Orientali posita, & imagines  
inspiciebant Occidentem, ut ad eas con-  
uerſi orantes, inspicientes altare ad Orien-  
tem vultum conuerterent. can. Ecclesiasti-  
carum 11. distinctione. Conuenit Proclus,  
libro de Sacrificio: ubi & ait. Plantas he-  
liotropias, & Selenitropias, quæ ad solem  
& Lunam vertuntur, ideo id facere, ut hy-  
mnis suum ducem affectu concinant.

o ca. sacerdos. §. diebus autem remissionis, B  
16. q. 7.

p ca. fin. §. similiter. 30. dist. can. scire debet,  
76. distin. can. quoniam. de consecrat. dist.  
3. Onuphrius, libr. de Stationibus, urbis  
Roma scribit, orationis modum duplicem  
olim fuisse: nam vel stantes, vel prouoluti  
genibus orabant: sic meminit Tertullianus  
in Apologetic. & ad Scapulam. Legionem  
dictam fulminationem Christianam, in  
expeditione Germanica Marci Antonini, C  
exercitui in ardentissima siti pluuiam  
precibus a Deo impetrasse, & orantes geni-  
bus flexis in terram prouoluisse. Clemens  
quoque Alexandrinus ultimo Stromatum,  
scribit stantes solitos sese abicere in terram,  
quod Tertullianus, libr. de Corona militib.  
dixit geniculationem: explicat & Orige-  
nes, Homilia 4. in libr. Numerorum. Ad-  
orauit Abraham Deum in figura Ange-  
lorum prostratus in terram, Genes. 18. & D  
Lothe eodẽ modo. Genes. 19. ut & Baleam,  
Numer. 22. vers. 31. & alii alibi. Prostra-  
tus orabat Diuus Iacobus, dictus Frater  
Domini, ut inde in fronte, & genibus cal-  
lum assiduitate orandi in modum duritiei  
(amelorum contraxisset, ut D. Chrystos-  
mus, Homil. 5. in diuum Matthæum, To-  
mo 2. Mosconita adhuc more patrio, orā-  
tes tangunt fronte terram, ut & notauit  
Sigismundus Liber Baro, libr. de rebus  
Moscouitis: Diuus Stephanus orasse fer-  
tur, Actor. 7. positus genibus. Fuit & alius  
mos precandi dum stantes orabant: quem  
admodum & ussum, dum legitur Euan-  
gelium in Ecclesiastare, ca. Apostolica, 68.

de consecratione dist. 1. & quãdo dicitur,  
sursum corda. can. quando autem, 70. ea-  
dem. de consecratione distinct. 1. Quem  
orandi modum, ut dixi, die Dominica, &  
a die Paschatis usque ad Pentecostem ob-  
seruabant Christiani. Quamobrem, &  
preces illas stationes dictas, quarum &  
veteres auctores meminerunt. Et Tertul-  
lianus factas ad aras solemniores indicat,  
libro de Oratione, atque libro de Ieiunio  
ad Vesperam usque productas testatur: re-  
censet, & ut solemnes eadem, libr. 2. ad  
uxorem. Sunt & stationes preces, quas ta-  
ris seu certis diebus, & locis fiunt. Stans, &  
est Presbyter, qui sacrificium Dei peragit  
in Missa, qui refert mysteria fidei & Pas-  
sionis Christi, qui in cruce stetit & orauit.  
Inueni aliquando inter antiquos, numen  
adoratum sedendo viceque prouerbii, v-  
surpatum, numen adoraturi sedebant, quod  
refert Plutarchus ad Numam. Significat  
vero hoc, vota certa concipere oportere, &  
ad ea, quæ optima sunt persistere, & perse-  
uerare oportere. Item orandum non quasi  
aliud agentes, sed totos tunc rei diuina va-  
care debere: vide Lilius Gregorium Gi-  
raldum, libr. de diis gentium, Syntagm. 17.  
Facit, ca. cum & plantare, 1. §. excommu-  
nicatos, de Priuil. c. is qui, 18. in princ. de  
Sen. excom. in Sex. hanc formulam oran-  
di sedendo, seruata apud Turcas, ex Al-  
corani præceptis refert Richardus Cæno-  
bita ordinis Dominicanorum, in libro qui  
inscribitur, de Turcica spurcitate expugna-  
tione. capit. 13. Alcoranus (inquit) omnes  
cuiuscumque sexus ad orationem facien-  
dam subicit: oratio autem fit, quinque vi-  
cibus in die, quinque ad hæc deputatis hor-  
ris. Prima orationis tempus, ab ortu Solis:  
& hæc habet quatuor Erket, & duo Czal-  
mat. Erket, est gemina inclinatio cum to-  
tidem prostrationibus: Czalmat, est illa  
secreta oratio, quam quis facit sedendo post  
quodlibet Erket, cū salutatione a dextris,  
& a sinistris, & impressione pacis, quam  
facit viraq; manu in faciem obducendo.

Secunda



Secunda orationis tempus circa meridiem, A que decem Erket & quatuor Czalmat habet; tertia oratio in declinatione Solis tempore vespertino fit, & ipsa octo Erket, & quatuor Czalmat continet: quarta quinque Erket, & tria Czalmat continens tempus circa occasum Solis sibi vindicat. Quinta & ultima reliquis prolixior, quae decem Erket & octo Czalmat habet, & post coenam tardiori hora celebratur. Prior oratio illorum longa dagnamias dicitur, secunda Orlemias: tertia Kindimanas: quarta Achsamnianas: quinta Fagz manias, & has horas, & preces unusquisque cum parochiano suo, & in Ecclesia sua, tenetur peragere, excepta legitima causa interveniente, quo casu in omni loco licite id ipsum agit.

q In c. 10. Concilii Apostolo. *εἰ τις ἀκκοινῶν ἦται καὶ ἐν οἴκῳ συνήνηται ἄπο ἀφορῆς ἕξω*: Si quis cum excommunicato, licet in domo preces coniunxerit communionem priuator. Idem in Synodo Sardiensi, c. 14. & in Synodo Carthaginensi, cap. 9. in Synodo Lateranensi, sub Alexand. 3. cap. 9. relato. in can. in Lateranensi, 30. de praben. Prohibitum, admittere ad divina excommunicatos nominatim, vel interdictos. Item in ca. excommunicatos, 17. 11. qu. 1. 3. cum illis prohibitum orare, edere, bibere, vel osculum eis prabere, vel eos salutare: ut in can. omnis qui recedit, 14. q. 1. Id ipsum, D & in capitulis Concilii Bacharensis Martini, c. 70. & in can. non liceat, 67. §. fin. 1. q. 1. ubi & corrigitur. ca. Episcopus multum, de consecra. 1.

r In can. Apostolorum, 11. *εἰ τις κερθημένῳ κληρικῷ αἰς κληρικῷ συνήνηται, καὶ αὐτῷ καὶ αὐτῷ*: Si quis cum deposito clerico, preces coniunxerit, deponitor & ipse: & in Clem. 2. de sent. excom. domini temporales, qui cogunt in aliquo loco interdico celebrare divina officia, vel qui pracones faciunt populum ad illa audicda conuocari, excommunicantur, ut absolui non possint ab alio quam a Sum. Pont.

s ca. Apostol. 44. & 63. & in Epist. 2. D. lo-

nis: & ad Titum 3. ad Rom. 16. ad Gal. 1. in Synodo in Trullo, c. 5. 1. can. aduocauit, & can. seq. 24. q. 1. ca. clericus, 24. qua. 3.

t Dist. can. Apostolorum, 6 & c. 13. nullus, 28. quest. 1.

y Nouell. l. i. fin. 123. de Sanctissimis Episcopis, c. 32. seu §. omnibus autem laicis. Litanias, vocat Nouella 67. *δημοτικῶν παρενοδῶν*. processione populi, & hoc ipsum processionem dixit. can. cerium est, de consecrat. distinct. 1. can. 3. Presbyteri 24. distinct. ca. Frigentius, 16. q. 7.

x Eleemosyna potest esse corporalis, dum quis largitur de bonis temporalibus pauperibus, Potest esse spiritalis, consilio & remissione vindicta, diui Marci, 11. Oratio Centurionis iuncta cum eleemosynis, Act. 10. vide Isaiam, ca. 58. Cyprianum, sermone de ieiunio, & tentationibus Christi. Et hac maxime in pralatorum orationibus requiruntur can. Fratrem 86. dist.

## CAPVT VII.

- 1 De prohibitione publica orationis per cessationem.
- 2 Interdictum.

Fit aliquando cessatio a diuinis, in Ecclesiis, quae ius hoc faciendi habent, vel ex consuetudine, vel ex priuilegio sedis Apostolicæ, a vel ex prouincialium Conciliorum statutis, b in pœnæ aggrauationem alicuius, qui in Ecclesia, in qua cessatur, deliquerit, donec fiat emendatio. Hæc tamen cessatio temere fieri non debet, aut sine rationabili, & manifesta causa: alioquin per cessuram Ecclesiasticam cessationis illegitimæ auctores c puniuntur.

Interdicitur aliquando, f aliquibus Ecclesiis, aliquibus ciuitatibus, vel prouinciis, ne ibi diuina officia fiant. Sicque interdita & localia & generalia, d efficiunt.

## SCHOLI A.

- a Vi in ca. 2. de Offic. ordina. in Sex. libr. 1. tit. 16. ubi Gloss. ad verbum, Ecclesiis, ait, hoc ius interdicensi competere Ecclesiis, Lugdunensi, Viennensi, Claramontensi,

T



- Attrebatensi, & quibusdam aliis. clem. 1. A*  
*de senten. ex communica.*  
**b** *clementina prima, de senten. excommun.*  
**c** *irrefragabili 1. §. ceterum. de offic. iudic. ordi. lib. 1. tit. 3. 1. Cessatio officiorum, si iniuria afficiantur Ecclesia, potest ad repellendas iniurias quibusdā Ecclesiis conuentualibus aut secularibus permitti, ex dicto capit. 1. & syndico aliquando a decano, ut in ca. dilectis filiis, §. de appellat. si modo post cessationem inductam iter arripiant ad summum Pōisficem. ca. quamuis. 8. de offic. ordin. in Sexto.*  
**d** *In Clemen. 1. de senten. excommun. can. cum in partibus, de verbor. significat. indicuntur, vel a capitulo habente priuilegium, ut capit. ex parte. de verborum significat. vocatis omnibus ex capitulo, vel maiori parte consentiente, & Episcopo, can. quasiuit. 2. de his, que fiunt a maiori parte capituli. lib. 3. tituli. 11. & ibidem modus indicendi.*

## CAPVT VIII.

*Pro quibus orationes vel supplicationes fiant.*

- P**RO omnibus, † in quibus Deo egemus, maxime pro grauissimis negotiis, & gratiarum actione beneficii communis accēpti, & pro depulsione publicorum malorum instantium vel præsentium, solent publica orationes, & supplicationes indicī & fieri. *a* Oramus pro nobis, *b* pro aliis, *c* pro Papa, *d* & principibus, *e* pro inimicis, *f* pro mortuis Christianis Catholicis, *g* nisi in crimine mortali deprehēsi mortui fuerint sine respicientia, si Ecclesia non permittat pro illis orare, ut si necati in furto, *h* si seipso necauerint, *i* si in torneamentis occisi, *k* si Ecclesia illis neget sepulturam Ecclesiasticam, de quibus supra diximus. *l*

## SCHOLIA.

- a** *Ex decretis Liberii Papa, capit. 3. Refert Burchardus Wormacensis Episcopus libr.*

*primo, Decretor. capit. 8. Si euenerit (inquit) fames, pestilentia inæqualitas aeris, vel alia qualiscumq; tribulatio, statim ieiunis orationibus, & obsecrationibus misericordia Domini depreceatur. omne bonum de sursum descendens a domino. ut ait d. Iacob. cap. 1. vers. 17. dixit Deus discipulis, orate, ne intretis in tentationem. Oramus, si quando iter nobis faciendum, ut succedat ex bono, ut Iudith. 13. & omnia prospere cedant nobis, ut 2. Esdra 4. & 8. In afflictione, ut Deus nos liberet, ut Ione 2. Esther 4. 2. Maccabeorum 3. Si electio alicuius prelati vel magistratus facienda sit, ut Deus dignetur concedere idoneum, & mutere operarios in Messē suam: ut diui Luca 8. & Actorum 1. sic de similibus priuatim, & publice contingentibus. Supplicationes etiam publica a Romanis aliisque Ethnicis indicta cum feriis, si quid a numine (& ab his, quos Deos putabant cum errore) petendum putarent, vel situri in bellum felicitatem desiderarent. Sic apud Liuium, lib. 1. decadis 4. Et votis (inquit) nuncupatis, publice supplicatio edicebatur. ut tempore belli Carthaginēsis apud eundem Liuium, libr. 2. decadis 3. Narrat, & idem libr. 1. decad. 3. ob prodigium, quod pluisset lapides in Picenno, nouendiale sacrum edictum, urbem Iustratam, supplicationem ad eadem Herculis nominatam, deinde vniuerso populo indictam. Quando etiam in Albano biduū lapidibus pluit, & alia prodigia contigerunt, per diem vnum supplicatio fuit, ut idem Liuius narrat, libr. 5. decadis 3. & iterum libr. 7. tradit supplicatum fuisse per totam urbem ob pestilentiam. Refert, & libr. 10. decadis 3. supplicationes ob res prospere gestas, vel ob publicam victoriam factas, ut nuntiatā victoriam contra Annibalem, & libr. 7. decadis 3. post victoriam de Hasdrubale. Senatus etiam, quod Marcus, Linius & Claudius consules, incolami exercitū ducentem hostiūne legionesque occidissent, supplicatio-*



plicationes in triduum decreuit. Saluato A  
 etiā Imperatore Nerone, supplicationes ex  
 Senatusconsulto habitas, tradit Cornelius  
 Tacitus. lib. 3. *Annal.* Aliquando etiam,  
 ut refert Plinius. lib. 8. *de cad.* 1. decre-  
 tum, ut circa omnia puluinaria deorum  
 sens dolorum, per quinque dies supplicare-  
 tur. Erant autem illa puluinaria in angu-  
 lis regionum Roma, lecti puluini, in sup-  
 plicationibus facti & locati, in quibus po-  
 nebant suorum idolorum idola seu simu-  
 lacra. Meminit, & de supplicatione ad  
 puluinaria Cicero in *Catilinaria*. Sunt  
 exempla plura his similia, de quibus vi-  
 dendus Barnabas Briffonus, lib. 2. *for-*  
*mularū*, ubi & congerit alia ad hanc rem  
 pertinentia de causis, formulis, hostiis ma-  
 soribus & minoribus supplicationum an-  
 xiguorum, multa de supplicationibus re-  
 fert & Iulius Obsequens, libro de pro-  
 digiis.

b Multa nobis mala imminet, multi qui  
 insidiantur intrans, & extra positi, con-  
 cupiscentia, desideria vana, caroque con-  
 cupiscit aduersus Spiritum, angeli mali,  
 seu demones aduersarii nostri. vigilandum  
 itaque, ne nos opprimant vel intercipient,  
 & ad auxilium diuinum certissimū con-  
 fugiendum omni tempore. *Psal.* 68. ver.  
 33. *Hieremia* 29. ver. 13. *Prouerbi* 7.  
*Num.* 1. Deo gratias pro bonis ab eo susce-  
 ptis, quilibet seorsum pro se debet, ut dixi-  
 mus. Tobias ab uxore tribulatus, ad Deum  
 oratione confugit *Tob.* 3. *Idipsum* fecit, &  
 Sara filia Ragnetis, dum ab ancillis inu-  
 ste exprobarentur mores virorum, qui  
 eam voluerant desponsare. *eod.* cap. 3.

c Pralati debent orare pro sibi subditis, ut  
 Moses pro populo delinquente. *Exod.* 32.  
 pro sorore sua. *Num.* 11. pro afflicto a ser-  
 pentibus populo. *Num.* 21. Samuel pro po-  
 pulo. 1. *Regum* 12. Mardocheus pro se,  
 & populo. *Esther* 4. Caritas fraterna mo-  
 net etiam, ut inuicē oremus alii pro aliis:  
 & earatione dominus noster IESVS CHRIS-  
 TUS, cum docuit nos orare, in plurali, non

in singulari concepit orationes, diui Mat-  
 thei, cap. 7. ver. 9. & Luca 11. ver. 2.  
 & pro omnibus pueri tres. in cap. 5. *Danie-*  
*lis*, orabant. & sic faciendum docet Pau-  
 lus ad *Ephesios* 6. ver. 18. & 1. ad *Thes-*  
*salon.* 5. ver. 25. *Iacob.* 5. ver. 16. Vide  
 Cyprianum sermone 6. de Oratio. Domi-  
 nica. Et orandū pro omnibus admonet,  
 diuus Paul. 1. ad *Timot.* 2. ver. 1. *deside-*  
*randumque* est, omnes saluos fieri, cap. *cor-*  
*ripiantur.* in si. 24. q. 3.

d cap. si Papa 40. *distinct.* ex pro. *pralatis* no-  
 stris aliisque, ubi ratio, quod ex *pralato-*  
*rum* exemplo vel malo vel bono, populi vel  
 clades vel salus valde pēdeat, & saepe Pau-  
 lus orari pro se postulat, ad *Roman.* 1. &  
 alibi, & siebat assidua oratio pro Petro, de-  
 tento in carcere, *Actor.* cap. 11.

e *Prima ad Timot.* cap. 2.

f *Vi* 1. *Maccabor.* 3. ver. 33. diui Mat-  
 thei 5. ver. 44. diui Luca 6. ver. 28.  
 plures orauit Moses pro *Egyptiis* perse-  
 quentibus. *Exod.* 9. & 10. *Ozias* summus  
 Pontifex pro *Heliodoro*, qui templum do-  
 mini voluit spoliare. 2. *Maccab.* 3. *Chri-*  
*stus* pro his qui eum crucifigebant orauit:  
 diui Luca, cap. 13. diuus *Stephanus* pro  
 persecuentibus, & occidentibus. *Actorum*  
 7. & diuus *Paulus* pro peccatoribus ora-  
 bat, ut vocaret illos ad poenitentiam, ad  
*Tutum* cap. 1.

g *can. visum*, de consecrat. *distinct.* 1. cap. pro  
 obeuntibus, 2. cap. anima defunctorum,  
 22. ca. tempus 13. *quest.* 2. ex *Enchiridio*  
 diui *Augustini*, capit. 109. & 110. con-  
 sentiunt Cyprianus, & *Clemens Romanus*,  
 libro octauo, *constitutio Apostolicarum.*  
 cap. 48. & 49.

h cap. 2. de *Furi.* capit. penultim. 13. *qua-*  
*stio.* 2. & apud *Clementem Roman.* dicto  
 libro octauo *constitutio Apostolica.* ca-  
 pit. 49.

i cap. placuit causa, *vice sima tertia*, *qua-*  
*stio.* 5.

k cap. quicumque causa 23. q. 8.

l *Supra hoc*, lib. tit. 16.



## CAP. I X.

## Vires &amp; effectus orationis.

**O** Ratio & supplicatio valde efficax ad placandum iram Dei, & ad fauorem eius impetrandum, a delet & sola Dominica oratio, leuia peccata: b si modo ab illis desistatur, non aliter. c Ita oratio est peccatorum purgatio, d contra hostes visibiles & inuisibiles praesidium, e viuorum & mortuorum auxilium, f miraculorum effectrix, & impetratrix: g Expultrix daemonum, h sanatrix infirmitatum. s

## SCHOLIA.

**a** Deus placatur precibus, & ut ait Ouid. 1. 1. de arte, Fleatitur oratus voce rogante Deus. & Martial lib. 8. Epigr. epig. 3. 2. Et dominum mundi flectere vota valent: In quacunq; hora ingemuerit peccator, iniquitatum eius non recordabor. Ezechias, oratione placuit Deū. 4. Reg. 2. & Magdalena Luc. 7. & latro orans in cruce. D. Luca. cap. 23. Placarunt oratione, & ieiunio Niniuite Deū Ione 3. Imo exaudiuit Christus demones, rogantes eū, ut ingredi possent in porcos. D. Matth. c. 8. Audiuit Moysen deprecantē pro populo, quem decreuerat irā iusta perdere. Exod. 23. In summa. D. Matth. c. 7. scriptū, Petite, & accipietis, &c. Quodcumq; petieritis Patrem in nomine meo, hoc fiet vobis, D. Ioan. 14. vers. 13. 1. Pet. 3. vers. 2. & apud Esaiam, cap. 95. vers. 24. Erit que antequam clament, & ego exaudia, adhuc illis loquentibus ego audiam.

**b** ca. de quotidianis, de poenit. dist. 3.

**c** c. nihil praesert, de poenit. dist. 3. c. a. odi 24. q. 1.

**d** ca. ipsi sacerdotes, 1. q. 1. Ideo (inquit textus) ipsi sacerdotes dicuntur peccata hominum comedere, quia suis orationibus ea delent atq; consumunt, vel veniam a Deo illis impetrant: quod & dicitur Leuit. 4. vers. 20. & ver. 3. tractat & Cypria. de lapsis sermon. 5. Basilus Magnus, lib. questionum fuse explicatarum. q. 6.

**e** ca. si quis vult 36. dist. de inuisibilibus hoste

**A** demone pulso per orationem. D. Matth. c. 17. vers. 21. expulere autem demonium Asmodei, Tobias, Tobia 6. & mater Canana a filia: D. Matthai 15. adds ca. 19. & Phytionem a puella. D. Paulus, Actor. 15. Per orationem ad Deum fusam, victos hostes & superatos visibiles, docetur ex ca. 9. lib. 1. Machab. ubi Ionatas oratione fusā, cum paucis pugnantibus victor euasit: eodem modo Iudas contra Georgiam. 1. Machab. capit. 7. & Iosaphat 1. Paralip. 20. Iudith. Iudith. c. 13. & alii, ut videre licet de praesidio etiam & auxilio orationis, 2. Reg. 12. vers. 4. Psal. 117. vers. 17. Daniel. cap. 13. vers. 44. vicit oratione Moses Amalachitas. Exod. 17. Samuel. Philisteos 1. Reg. 17.

**f** ca. non estimemus, c. 4. 23. quest. 2.

**g** Exempla patenti miraculorum per orationem factorum. 1. Reg. cap. 12. vers. 18. 3. Reg. 13. vers. 6. oratione Solstetit sine cursu, Iosua c. 8. Elias oratione caelum clausit, & aperuit. 3. Reg. 17. tres pueri in fornace incombusti, Dan. 6. Ionas a ventre ceti liberatus: Ion. 2. Omitto similia, dicamque tandem quod Iamblychus tradit libro de mysteriis Aegyptiorum: supplicationes influxui Dei aptū facere animum, qui & ultro facile peruenit, propter diuinam amicitiam omnia connectentem.

**D h** Ut supra docui litera, & exstat Dei permissio, in nomine meo demonia euicent, & Marc. ca. fin.

**i** Sic oratio fidei saluabit infirmum, Iacob. ca. 5. Discipuli domini & Apostoli sanabant infirmos, & mortuos suscitabant, Actor. 12. Diui Petrus, & Ioannes ascendentes ad templum, ut orarent, sanarunt claudum. Actor. 3. ad orationē Eliae puer mortuus suscitatur. 3. Regum 17. In summa Deus dixit: In nomine meo demonia euicent, linguis loquentur nouis, serperentes tollēt, & si quid mortiferum biberint, non eis nocebit, super agros manus imponent, & bene habebunt, &c. D. Marc. c. fin.

DE